Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

bo quod scio et expertus sum. multa ei in oratione reuelari. Deinde narrauit michi quoniam cum primo melliflua illa spiritalium apum aluearia noua de se examina eciamquaque proferre nouasque ex eis domos cedinus sui edificare cepissent. petente et agente domino Wilhelmo episcopo in episcopatu cathalaunensi terram que tunc fontium dicitur construxerunt. Ad quem cum abbatem cum monachis remisissent domnum Rogerum uirum nobilem secundum seculum. sed nobiliorem secundum [illegible] et uiros quosdam similis forme cum eo. spiritalis pater filios quos emisit non dimisit. sed paterna sollicitudine et pia affectione cum eis erat. Unde cum die quadam soli simul essent albas et ipse cui hec relatione didici. et de fratribus ipsis ad alterutrum loquerentur. subito alti suspirans dixit aliquid sollicito de eis corde suo sibi respondente: uade ait fratri suo ora pro eis. et quecumque de eis ostenderit tibi deus refer ad me. Ipse autem grauissima ualitudine ea hora laborans in lectulo tenebatur. Ad quod ille uehementer expauescens. absit inquit. non sum quod hoc michi nouum orare quod hoc mea [illegible] impetrare. Perseuerante tamen eo in sententia. itum est et oratum. Orans quoque per singulos inquirentium spiritualium per singulis effudit ad dominum animam suam. Tantaque per singulos in orando profusus est. suauitate conscientie. tantaque impetrandi fiducia et omnimoda gratia spiritualis consolationis. ut in omnibus certa fide exauditum se exultaret spe eius. exceptis duobus in quibus oratio titubauit. hesitauit deuotio. fiducia defecit. Quod cum retulisset ad eum a quo missus erat. ille statim pronuntiauit de illis duobus quod postea probauit euentus.

ABBAS dixit Rogerius et aliqui qui cum eo erant. ipsi fuerint qui sunt di aliqui de cathalaunensi traxerat ciuitate. de quibus ut in quibus est simile quod fuerat factum. Cum autem episcopi gratia cathalaunum frequentarent. rediens aliquando traxit secum multitudinem copiosam. nobilium et litteratorum clericorum et